

Cum passiones sint committit facile est fieri ad dormientem

Omne sensibile vegetabile sit potentia et omne intellectuale

Constat quod sensibile separabile est a vegetativo

Custus et sensus alimentum et similiter tactus

Omne potentia agens in determinatum actu lassitudo operis

Ante. Cum autem passiones sint committit facile est fieri ad dormientem. Et quia videlicet anima et ex quo corpore committit istas passiones. in aliis enim libris quos fecimus de anima prius determinatum est de potentia que dicitur vires vel potentia anime et in illis libris determinatum est de nutritiva potentia anime. et ostensum est quod hec potentia anime inter ea que habent corpora animata separatur ab aliis potentis que sunt sensus et intellectus et secundum esse et secundum subiectum cum tamen nulla aliarum potentiarum secundum subiectum separatur ab ipso. Omne enim sensibile vegetabile habet potentiam: et similiter omne intellectuale in his que habent corpora mortalia. Et dictio igitur manifestum est quod quicquid animata non participat nisi motu augmenti et diminutionis per vegetabile potentiam et non habent sensum quo determinatur vigilia et sompnus. non habent vigilia neque sompnus. plantas igitur non inest neque sompnus neque vigilia. plantae enim non habent sensibilem potentiam anime sicut domus quod sit separabile sine quod non. constat enim quod sensibile separabile est a vegetativo secundum possibilitatem eo quod aliud genus potentiae est et etiam cum secundum esse distinctum separabile sit sed non secundum subiectum quia subiecto omne sensibile vegetabile est sed non contrahitur. Cum igitur in plantis sit primitio sensibilis potentiae secundum subiectum. plantis igitur non convenit dormire et vigiliare. Dubitabit autem fortassis de hoc aliquis si enim gustus est sensus alimentum et similiter tactus alimentum autem ubi contingit secundum vegetabilem potentiam anime. Videbitur fortassis aliter quod plantis inest sensus tactus et gustus et hoc quidem dixit ysaac isidorus philosophus in suo libro de elementis distinguens duplicem gustum. dixit enim hos duos sensus esse quibus de naturaliter solum: et quibusdam naturaliter et animaliter. naturaliter autem dicit hos inesse et non habent potentias apprehensivas sensibilium specie. animaliter autem que capiunt alimentum secundum substantiam et usque hinc potentias apprehensivas sensibilium specierum alimentum. plantis igitur videbuntur inesse per hanc rationem isti duo sensus per consequens inest eis sompnus et vigilia. In plus autem cum omne potentia agens in determinatum actu lassetur in opere ut dicitur inferius et ideo dicitur quiete reparante que est sompnus et cum alere et augere aut generare sint huiusmodi opera potentiarum. videtur quod potentia secundum quod sunt huiusmodi opera indignant quiete que est sompnus. et ita non solum animalibus secundum sensibilem potentiam: sed etiam vegetabilibus tenet sompnus. et hoc quidem iam concessum est a

pluribus. Et adiuvant intentionem hinc que dicitur sunt et multa signa. Ratio autem est quod pro inductis adiuvant est quod sicut nos in somno declinamus sompnus est propter reparationem spiritus in qualitate et quantitate debilitati. ex hoc quod promouetur ad exteriora corporis animalium. et ideo etiam sompnus diffinitio dixerit quod sompnus est reductio ad interiora spirituum. In plantis autem est huiusmodi expansio spiritus et caloris in exteriora corporis plantarum. Cum igitur ex hoc et in qualitate et in quantitate dependatur et indigent plantae sompno in quo huiusmodi reparantur. signum autem huiusmodi dicitur quod noctibus flores plantarum clauduntur et quod primum et in die aperiri et extendi. hoc autem est proprium quod corpora sunt minorum dominentia: et sunt maiora vigilantia. hec ergo videtur sompno et vigilia participare. sicut autem in hac opinione multi antiquorum et ideo iste et plures alii huiusmodi probabilitatis habentes inveniuntur in libro somni. Sed domino falsum est quod dicitur sensibile enim potentia in gustu et tactu non diffinitur ab eo quod capere alimentum tantum sed ab eo quod est sensibiles species apprehendit sine materia quod si sensu quomodo ostendimus in libro de anima. et ideo nulli sunt sensus qui ibi non sunt animales. Natum enim secundum quod huiusmodi non est principium aliter sensus sed anima quedam est ex qua emanat sensus et ideo sensus nature non inveniuntur sed neque sensus anima sed tantum eius que est sensitiva: et eius que est intellectiva et ideo mendicium est quod ysaac ostendit. Quod autem dicitur lassari potentiam que agit in tempore determinato. soluit autem hoc philosophus plures et precipue a nervis qui dicit hoc intelligi de potentia in tubis in quibus motus virtutis quo movet organum non est naturalis motus organum hinc enim ex usu necessario motus inducitur lassitudo et languor: si vegetabilibus sicut est in ambulatione et motu oculorum et omnium aliorum sensuum. talis enim motus non est nutritivus et augere sicut nos ostendimus in libro philosophus et precipue in libro alio de de phisico auditu et in libro de nutrimento quod ab eis movetur naturaliter ad membra sicut ad suum locum et ad sua speciem et per quantitatem eius fit augmentum et per superfluum spiritus et ideo tales motus non inducunt lassitudinem membris sed perfectionem propter quod ex illis non constituitur sompnus neque vigilia. et quod dicitur de instrumentis quod est spiritus dicitur quod in talibus corporibus dormis sunt spiritus parva et humor plurimus et tenax. et ideo non factus est excusio et rearsio caloris et spiritus sed per totam hyemem recurrit et per

sepm et p repa nonc spms in quiete et quietate

indigent plantae sompno

sensibilis potentia gustu et tactu diffinitur

lassari potentiam que agit in tempore determinato

albus movetur naturaliter ad membrum

spiritus parva et humor plurimus et tenax

